

SCRIPTA

Numéro Scripta : 3049

Auteur(s) : Guillaume de Saint-Remy, attourné d'Othon de Granson [autre]

Bénéficiaire(s) : Le Mont-Saint-Michel, Le Mont Saint-Michel (abbaye)

Genre d'acte : vidimus

Authenticité : non suspect

Datation : 1289

Action juridique : autre

Langue du texte : latin

Analyse

Vidimus du 7 Août 1289 par Guillaume de St Remy, attourné d'Othon de Granson, Seigneur des Iles, et par les Jurés de l'Ile de Guernesey, d'une lettre d'Édouard Ier) adressée le 1er Juillet 1289 au Bailli de Guernesey, transmettant une pétition des moines du Mont St Michel, se plaignant que, vu que les tenants de l'abbaye ainsi que les tenants du Roi sont tenus de venir à l'éperquerie de l'abbaye à Pleinmont payer une certaine coutume sur les congres pêchés par eux, dont le Roi perçoit la moitié, et attendu que tous lesdits tenants vont à la pêche de maquereaux au lieu de congres, et que le Roi a fait accord avec ses tenants de prendre pour la coutume 20 deniers tournois par chaque mille de maquereaux, les tenants des moines seraient obligés de leur payer pareille coutume. Le Roi mande au Bailli de rendre justice entre les parties.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Société jersiaise, *Cartulaire de Jersey*, recueil de documents concernant l'histoire de l'île conservés aux archives du département de la Manche. 1er fasc., Jersey, Beresford, 1918, n° 123, p. 192-193.

Texte établi d'après a

Universis hec visuris Magister Guill. de Sancto Remigio attornatus domini Otonis de Grandisono domini Insularum ex mandato illustrissimi E. Dei gratia Regis Angl. specialiter litteratorie constitutus salutem in Domino. Noveritis nos die Dominica ante festum Sancti Laurentii Martiris mandatum Domini Regis non cancellatum non abolutum nec in aliqua sui parte viciatum in presentia juratorum Insule de Guener. recepisse in hec verba. Edwardus Dei gratia rex Anglie dominus Hybern. et dux Aquitan. ballivo suo insule de Guener. vel ejus locum tenenti salutem. Mittimus vobis petitionem pro abbate et conventu Montis Sancti Mich. in periculo maris et priore suo de Vall. presentibus interclusam mandantes quod inspecta petitione ipsa et examinato diligenter negocio hujus rei ac vocatis qui fuerint evocandi tam debitum et festinum partibus faciatis justicie complementum quod querimoniam super hec pro defectu vestri alias minime audiamus. Datum apud Metulum Pictav. dyocesis primo die Julii anno regni nostri decimo septimo.

Sequitur copia petitionis.

Ex parte abbatis et conventus Montis Sancti Michaelis in periculo maris et eorundem prioris de Wall. extitit nobis supplicatum quod cum homines ipsorum de Guener. una cum hominibus Domini Regis ejusdem Insule teneantur venire ad esperqueriam dictorum religiosorum videlicet de Plano Monte cum congris captis in mari certo tempore super quibus dicti religiosi habent certam firmam prout Dominus Rex habet alibi in eadem insula cum hominibus suis in qua firma dictorum religiosorum Dominus Rex percipit et habet medietatem ejusdem et dicti homines dictorum religiosorum de novo eant ad aliam piscaturam videlicet megarum cum hominibus dicti Domini Regis et cum Dominus Rex de novo pacificaverit cum hominibus suis videlicet quod habet pro quolibet milleari megarum

viginti denar. turon. allocati Domini Regis in predicta insula ab hominibus dictorum abbatis et conventus sicuti a Domini Regis hominibus predictos viginti denar. exigunt et nittuntur levare preter ipsorum abbatis et conventus et eorum prioris de Wall. voluntatem ac in eorum et sui monasterii prejudicium et gravamen ipsos impediunt. indebite super perceptione debiti sui juris unde petunt ut mandetur ballivo de Guenerey vel ejus locum tenenti quod suum jus super hiis servetur illesum et quod si est ita dicti allocati Domini Regis ab exactione et impedimento hujusmodi cessent penitus et desistant quodque p. suos homines predictae insule ad usum aliorum eisdem solvendo jura debita teneantur. Et quod de eorum juribus dicti allocati habuerint dictis abbati et conventui et eorum priori de Wall. reddatur : et quod homines dictorum religiosorum compellantur solvere eisdem dictos viginti denarios pro quolibet milliare megarum si maluerint ire ad piscaturam megarum quam ad aliam quam fieri consueverunt ab antiquo. Et quod super predictis dictis religiosis fiat justicie complementum. Quod omnibus quorum interest significamus presentes litteras sigillo nostro una cum sigillis Juratorum dicte insule de Guener. sigillatas qui presen. fuerunt dicta die. Datum anno Domini M° cc° octog° nono.